



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Iona Propheta

Luther, Martin

Argentorati

VD16 B 3892

II Deieisti me in profunda pelagi, ut me fluctus circundarent, omnes
undæ tuæ & procellæ transierunt super me.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36534

ANNOTATIONES.

rit, quamdiu supremam afflictionem mortis & irā
Dei persenserit. In hunc modum diuus Petrus Aet
4. Psalmum 15. de Christo exponit, Non relinques a
nimam meam in inferno &c: mortisq; dolores sol= 10
uiſſe deum adserit, ut ita Petrus per infernum, mor= 11
tis dolorem, quem Christus sensit, dum in cruce pen= 12
dens animam ageret, ac in potestatē Dei readderet
& mergeretur, significari uelit. In extremo uero
die, longe res alia erit, ubi singularis quidam locus
Infernus erit, uel ubi illi qui in inferis adiudicati sunt,
uel iram Dei sempiternam ferent, permanebūt, Sed
de ijs satis, Nec multum etiam refert, si quisquam ita
de inferno sentiat, quemadmodum pingitur & dia= 13
tur. Nam multo deterior nunc & in futuro erit in= 14
fernus, quam quisquam referre, pingere aut cogita= 15
re queat.

Deieciſti me in profunda pelagi, II
ut me fluctus circundarent, omnes
undæ tuæ & procellæ transierunt ſu= 16
per me.

Recenset hice ea, quibus liquido uidcipotest, quo
loco cor eius constitutum fuerit, priusquam ad Do= 17
minum clamaret, & fides in agone ferè decumbe= 18
ret. Oblivisatur hominum, qui eum eiccerunt in ma= 19

f s re,

M. LVT H. IN ION A M

Cap. II re, & in Deum id facti transfert, Tu inquit, tu deie-
cisti me, &c. Nam sic & in conscientia sentitur, ut
omne malum, quod super nos irruit, sit Deus merus
& ira Dei mera, etiam si strepens folium fuerit, ut
Moses Leuit. 16. inquit, Terrefaciet eos strepens fo-
lium. Nonne hoc ingens miraculum, nihil uilius &
contemptus sicco folio, in terra iacente, super quod
omnes generis uermiculi serpunt, quodque nec à
minutissimo pulueris atomo tueri se posset, ut & Job
uilissimum se aestimare uolēs nihil abiectius offende-
re potuerit, quam q̄ se coram deo arido folioparem
fecerit, Attamen ubi uenerit horula, à sonitu folij hu-
ius timebunt sibi, equus, sc̄ssor eius, lanceæ, arma bel-
licæ, Rex, Princeps, uniuersus exercitus, oës uires,
tamq; minaces, audentes, magnanimi & feroçes Ty-
ranni, qui alioqui nullo inferno, nulla diuina ira iudi-
cio ue terri possunt, arrogantiores uero potius &
magis obthurati inde redunduntur, An ne belli uiri su-
muss: ab ira Dei nihil timemus nobis, sed fixista-
mus, & furorem scilicet uilis aridi folij metuumus?
Et huiusmodi strepentis folij sonitus, mundum no-
bis in arctum constringet, & in Deum nobis erit
folium hoc, qui antea & cœlū & terram laçesseba-
mus. Age iam de nostris uiribus & patientia glori-
emur. Quod si tanta super nos aridum potest foliū
quid

H. 100

ANNOTATIONES.

quid profundum posset mare, de quo, hic Iona me= morat? Immo quid in nouissimo die inferni ignis po terit, & ipsa Dei maiestas cum omnibus angelis & creaturis?

Sic non dicit Maris undæ & proœllæ super me transferunt, ceterum tuæ undæ, tuæ item proœllæ, ideo quod sentit in conscientia, quomodo mare cum fluctibus suis & proœillis, Deo & ira eius seruant quo peccatum puniatur, unde ait, Omnes undæ tuæ & proœllæ super me transierunt, Sic enim illi uide batur, quasi omnes catarrha & undæ, quæ in cœlo & terra essent super eum flueret, ac si nemo quis quā esset aliis, qui ira dei premeretur, præter ipsū sed omnes unā creaturæ cum Deo illi aduersaren tur. Sic & quidam summa tribulatione cruciatidicunt, Videor mihi & cœlum et terram super me posita esse. Atque ea sunt uera cruciatuum initia, & portiones quædam, quæ peccatores post hanc uitam manent. Sic ira Dei & iudicium eius incipiūt, in sempernum duratura, Porro hic uersus similis ē psalmo 42. ubi eadem Propheta habet, Omnia excelsa tua & fluctus tui super me transferūt. Et Ionahunc ex eo loco fortassis mutauit.

Cogitabam enim me ab oculis tuis.
projectum esse, nec me porro uisurū
templum,